UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ethbinus Ab S Varus M. S. Pelagia V. M. 19 Oct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1. S. Ethbinus Abbas è nobili Scoto una cum Winvaloco pietatis Socio in leproſi perſona amanter tractata cunctorum Dominum ſe excepiſſe deprehendit. Acceſſit ad caritatem humilitas, nam alter alterius meritis miraculum imputavit.

2. S. Varus in AEgypto miles præclarus, cum ſeptem geminos martyres inviſit, unumque ex his præpropere defunctum vidit, in demortui locum ſe ingeſſit, in quo ingentia edidit fortitudinis argumenta, contra equuleum ſcorpiones, & plumbatas, demum ei venter diſſectus eſt. Corpus ejus nobilis matrona Cleopatra in Palæſtinam avexit, & templo honoravit.

3. S. Pelagia V. Antiochiæ una cum Beronico & aliis 49. Martyrii palmam aſſecuta eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Ethbinus Ab. S Varus M. S. Pelagia V. M. 19 Oct.

Amor Dei.

Ama amorem illius qui amore ſui amoris deſcendit in uterum Virginis. August.

Deus qui nos B. Ethbini Conf. qui (S. Vari M. S. Pelagiæ V. & M.) ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur Per D. N. Jeſum &c.

Ora pro augmento Caritatis &c.